



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1561. usque ad annum 1562

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118596

§. 88. Duo Jesuitæ ad Cophtorum Patriarcham a Papa ablegati.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66624](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66624)

Ecclesia a Latina discrepat, omnino consentiunt, atque a Divi Marci temporibus fuorum Patriarcharum successio non fuit interrupta.

Sæcul. XVI.
A C 1561.

§. LXXXVIII.

Duo Jesuitæ ad Cophtorum Patriarcham a Papa ablegati.

EO tempore Gabriel Patriarchali dignitate sub Pio IV. fulgebat, datisque ad eundem literis quempiam ad se transmitti petebat, ut de opportunis suam Ecclesiam Romanæ uniendi mediis cum illo conferre posset. Annuit Pius IV. Patriarchæ desideriiis, hancque in rem ablegat duos Jesuitas, Christophorum Rodericum natione Hispanum, & Joannem Baptistam Elianum Ægyptium, qui abjurata Judæorum superstitione Christianorum sacra amplexus erat; igitur ambo Venetiis die prima Octobris hoc anno unacum Abrahamo portu solvunt, ac juxta Ægyptiorum Sacerdotum morem vestiti die tertia Novembris Alexandriam veniunt: cum autem Patriarcha Cairi ageret, cum illo nonnisi die vigesima quinta Decembris Dominicæ Nativitati sacra conferre poterant, illumque Virum ætate quidem oppido senem, literarum vero omnino expertem experti sunt, ab eo tamen perbenigne, ac honorifice excepti literas summi

Sacchini hist.
Soc. l. 5.
n. 135. l. 6.
num. 121.
Aug. Oldoinus apud
Ciaccon. in
vita Pii IV.
p. 880.

Sæcul. XVI.
A.C. 1561.

mi Pontificis eidem porrigebant, ex quibus cum Patriarcha, ut Legatum ad Tridentinam Synodum decerneret, a Papa se rogari perlegeret, amplissimis ipsius Pii IV. nomine ei oblatis promissis captus pollicebatur, quod proximo vere quemdam ex suis Episcopis unacum Abrahamo, qui jam Romæ agebat, Tridentum mittere velit: rogatus quoque Patriarcha a Roderico, ut simul etiam quosdam Cophtos juvenes Ecclesiæ Catholicæ doctrinis imbuendos Romam mitteret, respondit, quod hanc petitionem maturius discutere velit; timendum enim, ne Turcæ aliunde gens admodum suspiciosa inde offenderentur.

§. LXXXIX.

Cophthorum errores.

Simon l. c. Postea Patriarcha hisce duobus Legatis significabat, quod Cophtos ad Romanæ Ecclesiæ unionem revocare, haud adeo magni moliminis res esset, cum aliunde ingenio admodum facili forent, quibus dictis eorum errores enarrans inquiebat: „In more positum „habent eorum mariti, quod repudiatis „uxoribus suis, vivente prima aliam „ducant, suosque infantes masculos, „priusquam illos Baptismo ablui per- „mittunt, circumcidant, atque Baptismo per